

Reverende in Chr̄o Pater

119

Pax Christi.

Volveram Rha Vno typis expressum mittere, quod manu mea exaratum misit.
sed Rhadamantus aliquis à paulo aruit. Turan, sed levis sit patientia, quod
quid corrigere est nefas. In terra habitus, quod docuit habitatores suos. Iam
statui ad annos aliquos calamum meum polamiarum carcere et vinculis includere,
ne quandoque, nisi atroci iniuria laeserim suero, vel levis perstringam. Ne canem
quidem latratus insectantem, nisi me mordicus mordeat, ictu plumis dignabor. Cur foris
hostes laesam et domi malam merear gratiam? Non tam desipio. Ergo iam aliud vestri
curas meas et foris utiliores futuras. Rha Vno legat huc sunt ultimae ingenij
mei in eo genere lusus et ~~ridiculi~~ posito Romano superstitio semel Germanum et antiquum
in morem rideat. Nam perpul ea sum mihi. Ego et ipse non semel cum per otium
relegerem rursi nuper.

Mihi ante mensis non paucos scriptam aliquam à me commentariarum de gravitate
et levitate, et rogavi ut perfectam aliis Romanis nostris legendam et censuram daret,
cuius mihi iudicium et responsum brevi scripto comprehensum responderet. Scio
quid Index Congregationis Gen. A de ea re statuerit, neq. ei me opponam, un-
quam, sed virorum doctorum penitentium examen et institutionem desidero, proben-
tibus sententiam (providendo semper a lege quo docere sic vetat)
meam illam vel improbant. Si improbant, quid ad argumenta illa mea respon-
den et raponi possit ac debeat, doceri et instrui valde exoptem. Habeant hunc
rapiam amicitiae nostrae tam veteris tamque probae fructum, ut mihi quam citò possint
à fide animi sui sensum, turatiorum penitentium responsum et scripto comprehensum
mittant. Doleo sententiam tum veterum auctoritate tum ratione manifesta sub-
nixam à scholis nostris proscriptam. Sed quid volumus? Multa in hac vita mortali
ita contingunt, quae ferre oportet, non corrigere non licet. Veniet tamen foris tempus
aliud, quando licebit.

Hunc D. Lomey Cratz est Episcopus Wormatiensis electus, qui
Collegium illi nostrum ag animam agens, uti spero et plane scio restaurabit. Abbas vestrae
Bachoniae Princeps ^{nostrum} Pater Mentium, quem à confessionibus habebat, exautoravit, nunc
alio Fratribus in manus illud adiecit. Eminentiſſimus N. Mogunt. Pater Ioan
Kreyling in Comitibus apud se Confessarium habuit, et magni virum, uti meretur facit.
Ego etiam meam fenerator teneo, et me sanctissimis precibus et sacrificijs amando
Herbipoli 20. Iun. 1654.

Rha Vno
Scripsit in Chr̄o

Melchior Curman.

Reverendo Pater in Chr
P. ~~Thomae~~ ^{Thomae} Riecher
Soc. SV

Remus.